

## Werk

**Titel:** Herbarium Amboinense, plurimas conpleteens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

**Jahr:** 1750

**Kollektion:** Zoologica

**Werk Id:** PPN369547365

**PURL:** [http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369547365|LOG\\_0178](http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369547365|LOG_0178)

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369547365>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

## CAPUT QUADRAGESIMUM.

*Phaseolus adhærens. Katjang utan.*

**H**æc herba ex Katjang familia videtur esse, cuius genus satis ample in nono descriptum fuit libro, sed tantopere ab eo differt, ac tam silvestris ac ferox est, ut aliæ species hanc admittere noluerint.

Est enim fruticulus repens, primo parum erectus, dein tenuibus ac brevibus flagellis aliis incumbens fruticulis & herbis.

Folia terna simul juncta sunt, illis minoris Katjang similia, sed paulo minora, tenuia, flaccida, rugosa, & quodammodo vestibus adhærentia, pallide virentia, & subito marcescentia.

Flosculi pusilli sunt, uti in aliis Katjang, seu potius instar illorum Lentis, coloris læte rubentis.

Fructus copiosi simul dependent, qui sunt siliquæ tenuissimæ, vix minimum digitum longæ, & tanquam ex multis segmentis coadunatæ, primo pallide virentes, ac demum nigricantes, externe rugosæ, ac tam firmiter vestibus adhærentes, ut non nisi per segmenta tolli possint. Radix tenuis est, longa, per terram repens, & ipsi firmiter infixæ.

Nomen. Latine *Phaseolus adhærens*; Malaice *Katjang utan*, aliis *Ampulat*, h. e. herba adhærens, quod nomen *Lappago* itidem gerit.

Locus. In nudis crescit montibus sub humilibus fruticulis, prope Caricem, & veram Lappaginem.

## CAPUT QUADRAGESIMUM PRIMUM.

*Terebinthina. Sulassi ayer kitsjil.*

**E** montibus iterum descendimus, ac subito in litus pervenimus & ad aquas, ubi aquaticarum plantarum cohortem offendemus, sed prius haec plantula describenda est, quæ in siccis adhuc crescit campis.

Adfinis est *Veronicae*, modo crescendi & foliis proxime cum ea conveniens. Semi pedem vel palmam alta est, simplices gerens caules, qui inferius terræ parum incumbunt, quidam simul ex unica radice pullulantes, & ubi terram tangunt, fibrillas ipsi immittunt.

Caules rotundi sunt, superius parum striati & fusci, quibus folia adstant bina sibi obposita, ac quatuor simul crucem formant, illis *Veronicae* vel *Menthæ angustifoliæ* similia, vix articulum longa, crassiuscula, ad oras subtiliter ferrata.

Ex quavis folii ala solitarius excrescit flosculus, illi *Menthæ* similis, sed minor, albus cum purpureo intermixto colore in fundo, sensim ex alis hisce bres ves laterales excrescent surculi, foliola & flosculos gerentes, quos inseparabiles pusillæ & angulosæ bursulæ, in quibus pusillum, & ex fusco nigruum latefement.

Radix vilis est, non profunde terram petens. Sapor odorque totius plantulæ est fervens, acris, & aromaticus, ad *Cardamomum* accedens, cum levi amaritie, sique foliola in superiori parte adcurate perspiciantur, tanquam aciculis punctata ac perforata videntur, sed ista foraminula non penetrant.

Nomen. Latine *Terebinthina*, sic modo dicta, quum foliola contrita *Terebinthinae* oleum spirant. Amboinenses nostri Malaice hanc vocant *Daun Cardamom*, alii *Basilicum*, & hinc quoque *Sulassi ayer kitsjil*, h. e. *Basilicum aquatile minus*.

Locus. In argilloso crescit campis sub *Carice*, potissimum juxta vias, & ad oras aquarum, ubi nullæ sunt arbores.

*Uſus.* Apud Amboinenses parum nota est, uti & raro obcurrit, saltem in Leytimora, sed nullibi frequentior est quam in *Elephantis* campo, vulgo vulneraria habetur planta, ut cum ejus succo vulnera deparentur, licet paulo acris sit, & ulteriore tentamine compereretur, inter vulnerarias herbas & decocta, æque adhiberi posse quam *Veronicam* nostram.

## VEERTIGSTE HOOFDSTUK.

*De kleevende Boon.*

**D**it kruid schijnt wel uit de maagschap van Katjang te zyn, wiens geslagten wydloopig in 't negende Boek beschreven zyn, dog het verschilt zoo veel daarvan, en is zoo wild, dat het de andere soorten onder baar niet hebben willen lyden.

Het is een kruipent heestertje, eerst een weinig over eind staande, daar na met dunne dog korte ranken op de andere ruigte rustende.

De bladeren staan drie en drie by malkanderen, die van de kleine Katjang gelyk, dog wel zoo klein, dun, slap, ruig, en eenigzins aan de kleeren kleevende, doods-groen, en baast verwelkende.

De bloempjes zyn klein, gelyk andere Katjang, of beter gelyk Linsebloeizel, ligt-rood van couleur.

De vrugten hangen vele by malkander, zynde byster dunne bouwen, schaars een pink lang, en als van vele, schijfjes aan malkanderen gezet, bleek-groen, ten laaste zwartig, ruig van buiten, en zoo vast aan de kleederen kleevende, dat men niet dan schijfje voor schijfje kan afnemen. De wortel is dun, lang in de aarde kruipende, en vast houdende.

Naam. In 't Latyn *Phaseolus adhærens*; in 't Maleits Katjang utan, by andere Ampulas; dat is kleefkruid, welke naam de *Lappago* ook draagt.

Plaats. Het waft op kale bergen onder laage ruigten by 't snygras, en by de regte *Lappago*.

## EEN EN VEERTIGSTE HOOFDSTUK.

*Terpentyn-plant.*

**W**zyn van de bergen wederom afgedaalt, en komen schielijk op strand en aan de wateren, daar wy een troep waterkruiden zullen aantreffen, dog alvorens moeten wy dit kruidje beschryven, 't welk nog op de drooge velden waft.

Het is uit de maagschap van *Veronica*, aan wasdom en bladeren dezelve meest gelykende, het waft een halve voet of palme boog, met enkelde steelen, die beneden op de aarde wat rusten, ettelijke uit eene wortel opschietende, en daar ze de aarde raken weder, inwortelende.

De steelen zyn rond, boven wat gestreept, en bruinagtig, daar aan staan de bladeren twee en twee tegens malkander, en met bun vieren in 't kruis, die van *Veronica* of spitje *Munte* gelyk, schaars een lid lang, dikagtig, aan de kanten fyn gezaagt.

In ieders blad-schoot komt een enkelde bloeme voort, het bloeizel van *Munte* gelyk, dog kleinder, wit met wat peers vermengt op de grond, met 'er tyd groejen uit deze schooten, nog korte zydescheutjes, kleindere bladeren en bloempjes dragende, daar op volgen kleine en hoekige beursjes, en daar in byster klein, zwart-bruin zaad.

De wortel is gering, niet diep in de aarde dringende. De smaak en reuk van 't gebeele kruid is beet, scherp, en spreceryagtig, na *Cardamom* trekkende, met een kleine bitterheid, en als men de blaadjes naauw beziet aan de bovenzyde, zoo schijnen ze als met naaldjes geprikelt, dog de gaatjes gaan niet door.

Naam. In 't Latyn *Terebinthina*; Aldus by provisie genaamt, want de gewreeve blaadjes eenigzins na Terpentynolie ruiken. Onze Amboinse Maleiers noemen 't *Daun Cardamom*, andere ook *Balzem-Kruid*, en *Sulassi ayer kitsjil*, dat is *Basilicum aquatile minus*.

Plaats. Het waft in de kleiagtige velden onder 't snygras, meest langs de wegen, en aan de waterkanten, daar geen geboomte is.

Gebruik. By de Amboinesen is het weinig bekent, gelyk 't ook weinig gevonden werd. Immers op Leytimor, nieuwers zoo veel als in 't Olypstants-veld, men houd het in 't gemeen voor een wondkruid, om met deszelfs sap de wonden te zuiveren, hoewel 't wat scherp daar in valt, en by onderzoek zoude men bevinden, dat het onder wondkruiden en wonddranken zoo wel mag gebruikt werden als onze *Veronica*.





Bontius Libr. 6. Cap. 39. describit quoque *Veronica*, quam Malaice vocat *Oebat matta*, sed a nostra quoad formam diversa est, quum foliola in ejus planta solitaria sint. Ipsi tribuit vires ad oculorum lippitudinem curandam, uti & vitia pectoris, ut Asthma, atque etiam maligna pedum ulcera, quum optime deterget & exsiccat, sed dubito quam maxime, an rite illam descripscerit herbam. Saltem ad oculorum vitia non hæc, sed subsequens *Menthastrum* adhibetur.

Sinenses videntur hanc quodammodo noscere, ipsique dicitur *Ja tsjau*, h. e. *Herba polypi*, quum ejus succo *Polypum* nasi curant.

N. B. Hujus plantulae icon supra Tab. 67. fig. 2. reperitur expresa, quæ forte est *Mentha Costi Hortensis* folio, Balsamum Apoplecticum redolens, ex insula St. Helenæ *Plukn. mantiss.* pag. 129.

## CAPUT QUADRAGESIMUM-SECUNDUM.

### *Menthastrum Amboinicum. Sulassi ayer.*

**H**æc *Mentha aquatica* multum convenit cum antecedente plantula, sed omnibus partibus major est, & ad species *Mentha aquaticæ* pertinet.

Ultra pedem alta est, simplici adsurgens rotundo pin-gui & glabro caule, qui in amplos articulos distinctus est, ac parum sinuosus, atque tales tres quatuorve caules unica ex radice progerminant sine lateralibus ramis.

Singulo articulo bina adstant folia, cum subsequenti pari crucem formantia. Cum illis *Menthae* maxime convenient, superius lata, & inferius angustata, ad oras subtiliter & obscure dentata, tres quatuorve transversales digitos longa, & binos lata, crassiuscula, pinguia, sed flaccida, subitus obliquis admodum & maxime protuberantibus costis donata, saporis Anisati, ac gratum spirantia odorem, fere instar *Basilici* albi, seu uti *Sulassi* puti hisce in regionibus.

In quavis foliorum ala bini tres locantur barbati calices, in quibus flores itidem caliculati, superius quadrifidi, coloris læte purpurei, seu Violacei, quos insequuntur bursulæ rotundæ & acuminatae, obscure fuscum continent semen, paulo majus quam in priore planta. Pinguis ac gravissimi caules inferiore articulo terræ incumbunt, ac fibrillas ipsi inmittunt.

Radix brevis est, ex multis fibrillis composita, qua laxe ac flaccide cœnosum tenent solum. Flores ejus ac fructus ultimis conspiciuntur pluviosis mensibus, Augusto & Septembri, cæterum toto anno nil nisi folia profert.

*Nomen.* Latine *Menthastrum Amboinicum*; Malaice *Sulassi ayer*, h. e. *Basilicum aquaticum*; Malaienses enim æque *Mentham* quam *Basilicum* sub nomine *Sulassi* comprehendunt.

*Locus.* In cœnosi crescit flumen ripis, ubi & *Calamagrostis* provenit, uti in Leytimora ad Elephan-tem, in Hoeamehela circa Laalam, ubi terra est aquosa. Cæterum raro obcurrit, ac proinde Amboinenibus parum notum est.

*Uſus* ejus nullus notus est, excepto quod quidam illud admisceant *Lactucæ* herbis. Incertum est, an sit *Veronica* Bontii libro 6. cap. 39. descripta, quæ Java crescit, & ex ejus dicto ad lippos adhibetur oculos. Sinenses saltem hanc herbam vocant *Tsjui camtio*, h. e. *Liqueritia aquatica*, vel *Cinnamomum aquaticum*, ob dulcem & aromaticum ejus odorem. Contra oculorum lippitudinem adhibent, quum oculorum palpebrae rubent, ac granula ipsiæ increscunt, qua difficilem cauſant pruritum, tum hanc sumunt herbam, cum tota substantia aquæ incoquunt, cuius vaporem in oculis adtrahunt, fique frigefacta sit, ea lavant illos. Alii hanc coquunt herbam cum *Basilico vulgari*, ac decoctum ejus potant contra Gonorrhæam non virulentam, seu impotentiam.

#### *Tabula Sexagesima octava*

Ad Figuram primam *Menthastrum* exhibet *Amboinicum*, cum quo convenit *Menthastrum coronatum*, oblongis foliis Malabaricum, Carim-tumba *H. Malab.* part. 10. Tab. 93. *Plukn. Amalb. Botan.* pag. 144.

Figura secunda *Ophioglossum* sifit *simplex*, quod convenit cum *Ophioglosso vulgato*, *Plumier Tab. ult. no. 5.*

Figura tertia *Ophioglossum* denotat *laciniatum*.

Bontius Lib. 6. cap. 39. beschryft ook een *Veronica*, die by in 't Maleits *Oebat matta* noemt, dog van de onze in gedaante wat verschillende, vermits de bladeren aan zyne plant enkelt staan. Hy geeft hem de kragten om de leep-oogen te geneezen, als mede de gebreken der borst, korten aafsem, en kwade ulceratien aan de beenen, dewyl 't zeer zuiverende en opdroogende van aart is, dog ik twyffel zeer, of by dat kruid regt beschreeven heeft. Immers tot de gebreken der oogen werd niet dit kruid, maar het volgende *Menthastrum* gebruikt.

De Chinezen schynen eenige kennisse daar aan te hebben, en noemen 't *Ja tsjau*, dat is *Herbam polypi*, dewyl ze met deszelfs sap cureren den *Polypum*, of neusgesweer.

N. B. De Figuur van dit plantje wert boven op de 67. *Plaat fig. 2.* gevonden uitgedrukt, welke mogelyk is de Kruis en Munt, met het blad van de tuin *Costus*, ruikende na de beroerte balsem, uit het Eiland St. Helena, van *Plukn. mantiss.* pag. 129.

## TWEE EN VEERTIGSTE HOOFDSTUK.

### *De Amboinsche Watermunt.*

**D**eze Watermunt heeft groote gelykenisse met het voor-gaande kruidje, dog is grooter in al zyn delen, en behoort onder de soorten van *Mentha aquatica*.

Zy waſt ruim een voet hoog, met een enkelde, ronde, vette, en gladde steel, die in wyde leden verdeelt is, en wat bogtig staat, komende drie en vier stelen uit eene wortel, zonder zydetakken.

Aan ieder lid staan twee blaadjes tegens malkander met bet volgende paar een kruis makende. Zy komen meest met die van de Munt over een, vooren breed, en agter smal toelopende, aan de kanten fyn, en donker getand, drie en vier dwersvingeren lang, en twee breed, dikagtig, vet, dog flap, van onderen met zeer schuinze en ver uitbuilende ribben, van smaak Anysagtig, en welriekende, schier als het *Basilicum album*, of *Sulassi* puti hier te lande.

In ieder schoot staan twee of drie groene gebaarde kelkjes, daar in mede kelkagtige bloempjes staan, boven in vier blaadjes verdeelt, ligt violet of peers van couleur. Daar op volgen ronde spitzbeursjes, inhoudende donckerbruin zaad, wat groter dan aan 't voorgaande. De vette en zwaarste stelen leggen met het onderste lid op de grond, en wortelen wederom in.

De wortel is kort, uit vele vazelingen gemaakt, die slappelyk houden in den modderigen grond, en zyn bloemen en vrugten ziet men in de laaste regenmaanden Augustus en September, anders staat het schier het geheele jaar lang met bloote bladeren.

Naam. In 't Latyn *Menthastrum Amboinicum*; in 't Maleits *Sulassi ayer*; dat is *Basilicum aquaticum*, want de Maleiers zoo wel de Munt als *Basilicum* onder den naam van *Sulassi* begrypen.

Plaats. Het waſt in moerasige oevers van de rivieren, daar omtrent het *Rietgras* of *Calamagrostis* staat, gelyk op Leytimor aan den Olypbant, op Hoeämobel omtrent Laala, daar een wateragtig land is. Anders werd het weinig gevonden, en is dierhalven by de Amboinezzen meest onbekent.

Gebruik. Daar van is nog niets bekent, behalven dat het zommige onder de *Salaad*-kruiden mengen gelyk *Sulassi* poeti. Het is onzeker, of het de *Veronica* van Bontius zy, lib. 6. cap. 39. dewelke op Java waſt, en na zyn zeggentot leep-oogen gebruikt werd. Immers de Chinezen noemen dit kruid *Tsjui camtio*, dat is *Waterzoethout*, of *Water-kaneel*, wegens zyn zoeten en speceryagtigen reuk. Zy gebruiken 't tegens de leepoogen, wanneer de oogen-leden rood werden, en ziertjes daar in groeven, die een moejelyk jeukken maken, nemende dit kruid met alle zyne substantie, en in water kookende, waar medezy voor eerst de oogen beroken, en daar na kout geworden daar mede wassen. Andere kookten dit kruid met *Basilicum vulgare*, of *vlees-kruid*, en drinken dit *Decoctum* tegens Gonorrhæa non virulenta of impotentia.

#### *De agt en Sestigste Plaat*

Vertoont in de eerste Figuur het *Amboinsche Menthastrum*, waar mede overeenkomt het Malabaarje gekroonde *Menthastrum*, met langwerpige bladeren, Carim-tumba van de *H. Malab.* part. 10. Tab. 93. by *Plukn. Amalb. Botan.* pag. 144. De tweede Figuur vertoont de eenvoudige *Slange-tong*, welke overeenkomt met de gemeene *Slange-tong*, van *Plumier* laaste plaat no. 5.

De derde Figuur wyst aan de *ngesneede Slange-tong*.